in huius libelli editione extare volui, vt noſtri aliquando filij ſe rectè facere ſciant, & ex parentem ſententia, ſi hæc præcepta cum memoria repedant, & ſtudia pietatis ac literarum magnifaciant. Vale. Miſenæ Hermundurorum e ludo illuſtri, IV. Idus Martij, Anno redempti mundi M. D. LVII.

IN OPVSCVLI HVIVS COMMENDATIONEM.

Epigramma.

Nathanis Chytræi.

Qvid puerum benè moratum, ſermone Latinum,
Et vero faciat corde animoq; pium:
Prudentem quid dedeceat deceatue magiſtrum
Melliflua liber hic cum grauitate monet.
Qui ſi acri ſtudio ſæpè euoluetur vtriſq;.
Non labor hic expers vtilitatis erit.

MA-